

LXXXIII. MARSII ANTINVM (*Antino*). Tribu *Sergia*.

Quod referunt annales Liviani (4, 57) ad a. u. c. 346: *caesi ad Antium hostes: victor exercitus depopulatus Volscum agrum: castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum atque in eo tria milia hominum capta ceteris Volscis intra moenia compulsis nec defendentibus agros*, id viri docti pridem ad Antinum a lacu Fucino ad occidentem situm traxerunt agrum Volscum olim eo usque pervenisse rati, et sunt quae ei conjecturae faveant. Certe lamina aenea Antini reperta inscripta PA·VI·PACVIES·MEDIS | VESVNE·DVNOM·DED | CA·CVMNIOS·CETVR nomen viri effert plane similiter atque fit in aere Veliterno (v. librum meum *die unterital. Dialekte* p. 321). Item Antinum in summa valle Liris fluvii situm ipsa rerum natura cum Sora magis coniunctum est quam cum Maruvio aut Alba. Denique videndum quod exposui p. 348. Nihilominus Marsorum regio Antinum quoque comprehendit, nam et in titulis oppidum sollemniter appellatur *Marsii Antinum* (n. 3839; vide supra p. 349) civesque eius *Antinates Marsii* (n. 3845), et qui eius solus fortasse<sup>1)</sup> auctorum meminit Plinius h. n. 3, 12, 406 Marsis id adiudicat verbis his: *Marsorum Anxatini, Atinates Fucentes, Lucenses, Marruvini*, neque enim mihi dubium est hunc populum ibi intellegi et errore non librariorum, sed Plinii ipsius Atinates appellari pro Antinatibus et propterea ab Atina Campana distingui addito Fucentium cognomine. Nam populum Fucentium nullum fuisse satis constat. Tribus denique Antinatium eadem est atque reliquorum Marsorum. — De ori-

gine rei publicae vide quae supra p. 349 observavimus. Municipii condicionem Antinum tenuisse ostendunt tituli n. 3833. 3836. 3837. 3838. 3840. Magistratus nominantur *IIIviri* modo *quinquennales* (n. 3834. 3836), modo *iure dicundo* (n. 3836. 3842; n. 3844); *Iiviri* n. 3841 sine dubio ex corrupta lectione nati sunt. *Curator kalendarii (publici)* reperitur n. 3836. 3838. Ordo semel *senatus* nomine utitur (n. 3833); in alio titulo n. 3838 procedit *ordo decurionum et sexvirum*, qui *seviri Augustales* item adsunt n. 3835. 3842. Denique nominantur *collegium dendrophorum* n. 3836. 3842 et *cultores* cuiusdam viri nobilis *centonari et dendrofori* n. 3837. Addo *servum populi arcarium* n. 3845.

Cum Antinatibus coniunxi titulos repertos Morini, cum n. 3839 ostendat Antinatium territorium eo usque pervenisse.

Post Phoebonium, qui ex hoc oppido inscriptiones quasdam produxit, plerasque in lucem primus protraxit Dominicus FERRANTE Antinas, qui quas reperit, et quantum fieri poterat, apud se collocavit in museo domestico et communicavit cum amicis. Unde reperuntur tam inter schediasmata A. S. MAZUCHII quam (per ZARILLVM) MARINII, denique in commentario, quem copiis Ferrantii usus de Antino oppido edidit Dominicus DE SANCTIS Romanus (*dissertationi I sopra la villa di Orazio Flacco; II il mausoleo de' Plauzj in Tivoli; III Antino città municipio ne' Marsi*, Ravennae 1784. 4. pp. 62. 81 et 24. 42). Ex hoc libro potius quam ex ipsis saxis titulos hos repetiverunt HOARE in itineralio et ROMANELLIVS in topographia. Curam autem rerum antiquarum colligendarum Ferrantius ad posteros quoque transmisit.

1) In indice coloniarum deteriore p. 259 quod reperitur in Samnio: *Antianus ager item est assignatus ut ager Alfidenatis*, fortasse ad Antinum pertinet.

3833 [= 5593] Antini reperta in loco dicto *la Cauta*, ubi creditur fuisse forum veteris Antini; est apud Ferrantios.

*furiae sabiniae  
tranquillinae pi  
ISSIMAE · A V g  
COIVGI · DOMI  
5 NI · N · IMP · CAES  
M · ANTONI · GOR  
DIANI · PII · FELI  
CIS · INVICTI · AVG  
  
S · P · M · A*

Recognovi post Brunnium. A. S. Mazochi ms.; de Sanctis p. 38; Marini cod. Vat. 9131 f. 245 et f. 275; Hoare 1, 344.

3834 [= 5595] reperta prope Antinum *nel fosso di S. Ermo*.

*d M S  
IO Q F  
m IL LE gionum  
OCTAVAE · A u g e t  
5 VNDECIMAE · CL a u d  
IAE · III VIR · Q · Q · A n  
TINATVM ·  
PATRI · PI*

De Sanctis p. 31.

4. 5 supplementa sunt Borghesii.

3835 [= 5605] reperta Morini quinto lapide ab Antino, est apud Ferrantios.

*BLAESIVS · L · PHILOMV  
S u s SEVIR · AVGVSTALIS  
LOC u s · EX · D · D · HONORIS  
CAVSA p VBLICE DATVS  
5 V · S · F*

Recognovi post Brunnium. A. S. Mazochi syll. ms.; de Sanctis p. 37; Marini cod. Vat. 9131 f. 245; Hoare 1, 345.

1 in. aut C aut Q fuit.

3836 [= 5596] basis, Antini reperta in loco dicto *la Cauta*, est apud Ferrantios.

*Q · NOVIO · Q · F · SER  
CELERI · IIIIVIR · I · D  
IIII · VIR · Q · Q  
PATR · MVNIC  
5 CVR · KAL · PVB  
COLLEGIVM  
DENDROPHOR  
PATRO · E · M · P  
L · D · D · D*

Recognovi post Brunnium. A. S. Mazochi ms.; de Sanctis p. 30; Marini cod. Vat. 9131 f. 245; Hoare 1, 341.

8 videtur fuisse PATRO B M P.

3837 [= 5597] Civita d'Antino reperta in loco dicto *la Cauta*, est apud Ferrantios.

*Q · NOVIO · Q · F · SERG  
· FELICI · PATRONO  
MVNICIPI ANTINO  
HVIC CVLTOR ES  
urceus 5 CENTONARI patera  
et dendroF ARM  
et sTATVAM HONOR  
caVSA POSVERVNT  
B M*

Recognovi post Brunnium titulum admodum evanidum. A. S. Mazochi ms.; de Sanctis p. 28; Marini cod. Vat. 9131 f. 245; Hoare 1, 341; Garruccius vidit.

6. 7. 8 quae dedi inclinatis, parum certa sunt. — 6 vidi ARM, fuit opinor ARM.